056

18/III

Feria Quinta post Dominicam Iudica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto.

Grochocewski et Czolhanski Roborant inter se et Czolhanski Statuet

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Generosi Albertus a Grochowce Grochowski ab una atque Adamus de Czolhany Czolhanski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iuribus bonis Iudiciisque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti Iuri Castrensi Capitan. Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attrahit se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum eorum Actu suo pro interesse recognovit quia ipsi et quidem Generosus Czolhanski suo et Generosa Zophia de Grochowce consortis suae nominae inter(?) ... certam inter se recognoscentes et praedictam Generosam Czolhanska sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque posteris se ac suos Successores iri et super bonis suis quibus omnibus ac summis pecuniariis quibuscunque habitis et habendis inscribunt et obligant praesens(?) rationes certarum rerum et conditionum ibidem contentarum de actu et data illius hic Praemisliae die vigesimo sexta Ianuarii anno praesenti conscripto manibus recognoscentium et praedictae Generosae Czolhanska subscripto In omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac nexibus quibus universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere intercisam

praedictam

praedictam ad inscriptionem praesentem Roborationam et inscriptionem praesentem Roborationam ad praefatam Intercisam vigore in toto referendo Idque sub vadiis Trium millium et Quingentorum florenorum polon. per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Insuper memoratus Generosus Adamus Czolhanski debet et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis gtis omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato Generoso Alberto [illegible] et illius successoribus inscribit et obligat praesentes suprascriptam Generosam Zophiam de Grochowice consortem suam cum assistentia sibi resignatae vel in euentu mortis successores illius ad approbandam per ipsam inscriptionem praesentem Roborationem vel [illegible] suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia ante decursum duodecim septimanarum adducere et personaliter statuere ab eaque vel successoribus ipsius ut praemissa exequatur efficere Idque sub vadio summae Trium millium et Quingentorum Florenorum polon. per praefatum Generosum Czolhanski siue successores illius suprascripto Generoso Grochowski vel posteris eius ob non statutionem suprascriptae Generosae Consortis suae pro tempore et loco supra expressis ad soluendum succumbendo. Ad quae quidem vadia modo praemissa ad soluendum succumbit ac re aliqua principali ex praemissis non completa completa citata existens pars vna praemissa non tenens siue successores ipsius ad instantiam partis alterius praemissa tenentis vel posteriorum eius ad officium praesens Castrense capitaneale Premisliense Extune recessu suprascripto pro ad respondendum spectat Mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere iudicio praestitae huic inscriptioni praesenti satisfacere Ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legationes intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ad Emutorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis

non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati

950 Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellatio-

nes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia per mis simplicibus

vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praeemptione terrestri

bello conventioneque tum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non

subterfugiendo. nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali recogni-

tione ad praemissa omnia mediante.

Czartoryska Successores Stawskie-

go Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan.

Premislien. Nobilis Anna Czartoryska Virgo cum personali assistentia

et vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu Generosi Samuelis

Lipnicki vti amici sui Sana mente et corpore existens a Terris districtibus

Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesen-

ti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem

attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et ple-

narie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum

recognouit. Quia ipsa Generosos Damianum Franciscum Annam Nobilis Alexan-

dri Wysokinski consortem legitimam et Petronellam atque Catharinam Virgi-

nes Stawskie olim Generosorum Georgii Stawski ex Salomea coniugum

legitimorum filios et filias Successoresque legitimos de summa Quadringento-

rum florenor. polon. sibi recognoscenti per praefatos Generosos Damianum

Stawski filium et Salomeam Stawska matrem ipsius recognitione cer-

ta manuali ad solvendum assecurata iam vero sibi recognoscenti per praefatos Ge-

nerosos Stawskie filios et filias realiter et in effectu persolutas nec non de

recognitione praefata manuali super praefatam summam Quadringentorum floren.

polon. data et serviente obtentam sibi praemissis omnibus plenariam et suf-

ficientem satisfactionem quietat eximit liberosque et absolutos facit et pronunciat

perpetuo Recognitionem praefatam manualem in omnibus illius punctis clausulis arbitri-

busque ligamentis et nexibus cassat mortificat et annihilat sibi suisque posteris nationem

praetensionum perpetuum imponendo silentium.